

mum a principio scilicet sancte ecclesie
Quarta beatitudo conueniens est quarte
 columnne que est. Beati qui esu-
 runt ad iustitiam non solum carna-
 lem cibum vel potum sed salutem om-
 nium quorum merces est saturitas.
Quia oibus in christo creditibus ipi
 saturati sunt. **Ps.** In omnem terram
 exiuit sonus eorum. hec est columna
 quarta sancte ecclesie. **Q**uinta beatitudo
 est conueniens quinte columnne que est
 Beati multo corde humanitatis. quod
 cor fide mundatum est et aqua sangui-
 nis profusus factum est omnino mundum.
Dominus dicit pro mercede visio christi.
 sic legitur. **De beato stephano** qui ait
 Video celos apertos et ihesum stantem
 a dextris virtutis dei. et hec est quin-
 ta columna sancte ecclesie. **S**exta
 beatitudo est conueniens sexte columnne
 que est. Beati misericordes. Et con-
 uenit confessoribus qui per opera mi-
 sericordie vitam eternam meruerunt.
 quibus dicitur est dominus. Venite
 benedicti in regnum. et cetera. **I**porum mer-
 ces quam ipsi misericordiam consequen-
 tur. per quam in regnum celorum vocabun-
 tur. et hec est sexta columna. **U**ltima
 beatitudo conueniens est ultime colu-
 ne que est. Beati pacifici. hec sunt
 uirgines que pacem habuerunt in mun-
 do non loquentes cum carne propter que
 eis repugnauit per luxuriam et ideo
 hanc mercedem recipiunt quod filii dei
 vocabuntur. hec est ultima columna
 quam a principio seculi cepit edifica-
 re nec ad finem mundi consummabit.

Imploremus ergo primam colum-
 nam que est christus et mater sua. ut
 regnum celorum quod ipsorum est ve-
 lint nobis impetrare. **R**ogemus ange-
 los. patriarchas. et prophetas. apo-
 stolos. euangelistas. martires. confes-
 sores et uirgines. ut ipsis intercede-
 tibus in illa die donum percipere me-
 reamur quam sapientiam edificauit. ubi
 domus est domus. ut bestia est et eter-
 na lux perpetua. quod iter ce-
 dentibus omnibus sanctis ihesus christus
 filius dei unum prestat dignetur. **A**men

De eodem. Fmo lxiiii.

Uidens ihesus turbas ascen-
 dit in montem. **Matth. v**
In euangelio hodierno nos
 docet dominus octo beatitudines que de-
 bet homo habere que ad eternam vi-
 tam uult peruenire. **I**sti sunt figura-
 ti per octo gradus que uidit ezechiel.
 per quos ascendebat in templum.
Ezechiel. quadagesimo. **P**rima
 est paupertas spiritus id est humi-
 litas. qui se pauperes et uiles repu-
 tant quamuis terrenam substantiam
 habeant. **S**ic pauper fuit iob. da-
 uid et multi alii. qui licet multa bo-
 na temporalia haberent minime
 tamen ea amauerunt nec in eis su-
 perbierunt sed spiritu humiles et
 pauperes fuerunt. **N**el paupertas
 spiritus est uoluntaria paupertas
 qui propter deum uoluntarie om-
 nia reliquerunt. **D**e quibus dicitur